

Sermo factus in die

facta est nuper in hoc sacro concilio. inue/
mus alium tibi fuisse deuotionis honorez
o sacro sancta mater caput et magistra fide
lium omniū romana ecclesia que constitui
sti vt vnus semp̄ essz ordinis beatissimi pa
tris Anthonij qui romanam curiā sequēs
ip̄e et fragmenta a mensa pape colligat in
elemosinam paupm. ⁊ curatus ꝓprius ⁊ q̄t
prochialis omniuz qui vulgari vocabulo
curtisani nominantur existat. Mouit ad
hoc pius religiōis christiane spiritus/reco
gitans quot miraculis in vita/q̄t post mor
tem beneficijs ⁊ opitulationib̄ refulsit idē
Anthonius/p̄sertim in hac quadam spāli
prerogatiua q̄ ignem sacrum fugat ex cor
poribus in signum q̄ ignem concupiscen
tie libidinose p̄niciosiorem inuocat⁹ refri/
gerat in cordibus. Exclamat ad odorē ig/
nis huius infernalis. temptatus. O sacer
Anthoni adiuua me. Cōfutauit hereticos
Anthonius/iam dictum est/⁊ repeto q̄ se/
nex ⁊ solitarius neq̄ populū habēs subdi
tum/neq̄ litteras didicerat/exiuit heremū
et venit ad alexandrie ciuitatis magne con
uentum Attendant obsecro (precor ⁊ abte/
stor) in spiritu lenitatis attendant exēpluz
hoc p̄funda cogitatione qui constituti sūt
habere curam gregis dominici habere sub
limitatem simul cum obligatione pastora
lis officij/quiq̄ salutez animarum qui pa/
cem regnoꝝ/qui pullulantium assidue er/
rorum extirpatiōem/qui catholice verita/
tis elucidatiōem querūt/qui p̄terea robur
decus ⁊ honorē huius sacrosancte synodi
cupiunt integrum seruare. cupiunt ab he/
resibus in sinu suo quotidie nascentib̄ ob
uiare. p̄uideant celeriter ne pontifices sui
ne doctores ⁊ vocem habentes vel de igno
rantia si nesciant vel deculpabili vecordia
et acceptione p̄sonarum si negligant argu
antur. ¶ Vrgebat hoc loco zelus domus
dei/zelus ecclesie/zel⁹ honoris et debiti hu
ius sacri concilij. fortitudo vini nuptialis.
declamatoriam imo satiricam vel tragicaz
inuectiōem in hereses et errores cum suis
defensoribus cum dissimulatoribus qui
non minus damuosi q̄z culpandi sunt de/
latrare. Sed astitit moderatrix sobrietas
expectetur ait tempus aliud opportunus
locus alter aptior ⁊ actus capacior Neque
enī desperandū imo sperandum est equa/
nimiter. q̄ hec sacrosancta synodus prout
cepit hereses extirpare/sic ⁊ p̄ficiet que radi
cem doctrine pestifere succidendo/dedit in
telligi consequenter ramoꝝ adulterina no
xia q̄z genimina debere succidi. Propterea
comprimatur vt ꝓposuimus sermo noster
ne vel loquacior effluat vel p̄lixior attediet
vel mordacior ⁊ satiricus exacerbescat. naz
quid opus teneres mordaci radere vero au
riculas/ait p̄isius. Succenseat licet osten
tatrix sui iactantia submurmurās illō eius
dem satirici. Scire tuū nihil est nisi te sci/
re hoc sciat alter. ¶ Feret nihilominus eq̄
animo studiositas speculatrix/questiuncu
las ab ea motas cum solutionibus vel sup
primi vel inscriptis distribui. ¶ Fiat ergo
tandem finis in obsecratiōe qualem ab in
itio p̄misimus Conuertatur quesumus o
salutifer christus nunc apud nos in eccle/
sie nuptijs congregatos turbida grauis et
noxia aqua sapientie terrene animalis ⁊ di
abolice et fiat vinum sapientie salutarꝫ in
sobrietate et sanitate potatum. Conseque
mur autem istud miraculum patres religi
sissimi. p̄fes deo dig̃ssimi. si mistice fuerim⁹
in chana galilee hoc est zelum habuerimus
transmigratiōis ex hoc mundo ad patrem
si preterea nostri Jesu mater salutꝫ istic af
fuerit/si dixerit pia insinuatiue orationis
voce ad Jesum p̄ orationes hic vocatū cū
discipulis/vinum non habent. Si subin/
de ministri qui sumus nos obseruauerim⁹
monitionem eiusdem matris Jesu quod/
cunq̄ inquit dixerit vobis (non dubium
quin Jesus) facite/quia vinum sapientie p̄
virtutem datur obedientie. Nam initium
sapientie timor domini. Si demum ydri
as ad purificatiōem positas que sunt cor/
da nostra repleuerimus vsq̄ ad summum
aqua contritionis ⁊ lacrimose compuncti
onis/que haurienda est de puteo profun/
de considerationis hinc miseriarum nr̄aꝝ
quia cor contritum ⁊ humiliatum de⁹ non
despicies. hinc mīarum dei quarum non ē
numerus. Tunc faciet Jesus initiū signo
rum conuertet aquam hanc in vinum. ita
q̄z licebit vnicuiq̄ nostrum dicere cum p/
pheta Nunc cepi nunc est initium q̄z cum
considerauerit hō supple vincus hic tunc
incipiet. hec est mutatio dextre excelsi. Cu
ius mutationis sacratissime et beatissime
nos p̄ gratie sue miraculum participes ef/
ficiat Jesus christus ecclesie sponsus deco
rus gloria q̄ est deus b̄ndict⁹ in secl̄a amē.
¶ Finit sermo factus coram sacrosancto

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-407-ii/0342
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG